

LM-0030



D. Joannes Becker

Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopus Portoalegrensis, in Brasilia

Dilecto Nobis in Christo *Domino Canonico Penitentiario D. Roberto Landell*
de Maua — — — — — salutem in Dño.

Quum, sicut Nobis humiliter exposuisti, in *ad aquas Carambie*
Te transferre summopere cupias, supplicationibus Tuis benigne annuentes, ut ab hac Archidiocesi discedere, illuc pergere, ibique moram Tuam, de consensu Illustrissimi ac Reverendissimi loci Ordinarii, trahere possis et valeas, licentiam Tibi ad *tres menses* valituram in Domino concedimus: attestantes omnibus et singulis, ad quos praesentes Nostrae pervenerint, Te esse Sacerdotem, rite et recte promotum, non excommunicatum, suspensum, interdictum, irregularem, nulloque alio canonico impedimento (quod Nobis Curiae Nostrae innotescat) irretitum, dignumque qui ad Sacrum peragendum ubique benigne admittaris.

In quorum fidem etc.

Datum in hac civitate de Porto Alegre, ex Curia Archiepiscopali die *20* mensis *Martii*
anni *1926* sub signo sigilloque nostris.

+ Joannes, Archiepiscopus Portoalegrensis

De mandato Emi. ac Rev.^{mi} Archiepiscopi

Can. Joannes Semihus Demanger
Cancellarius.

Regt. Lr. *I* fol. *46^v* n.º *104*